Gnosam Marianam Zyczliwona quam Memoratus Gnosus Joannem eius Maritum cum mori contigerit hic tunc ipse bona eius Omnia Mobilia et immobilia ubivis locorum consisten. summasq pecuniarias eandem Consortem suam quovis modo et iure titulo concernen. quocunq morte illius interveniente derelicta fuerint tenebit habebit possidebit illisq ad extrema vitae suae tempora utifruetur Post decessum vero ipsius Bona eadem Omnia in Successores eiusdem cedent suos absq quavis contradictione successorum ipsius devolvi debent.

1001olawy

Submissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Bransceen. personaliter comparens Nobilis Ludovicus Nicolaus olim Jacobi Mierzwinski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia ipse de Omnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus ac persona sua pro Nobilibus haeredibus Omnibus Poplawskie et pro Nobili Andrea Anselmo Szablowski in eorum vice expeditionem nunc imminentem bellicam Castren. Rozalus debentis eorum haereditariis in Corpus suis equis et toto apparatu bellico pro Trecentis Floren. Polon. iam ab ipsis realiter acceptis per Decursum unius Quartualis una cum alijs Incolis competenter servire et expedire quietationemq eiusd. absolutae expeditionis adferre et ipsis reddere X sub Vadio Trecentorum Floren. Polon. et poenis de expeditione bellica sancitis Et Coram officio praesenti Castren. Bransceen. in primo Citationis Termino peremptorio responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores tum absoluendo et abrenunciando sub amissione suae successionum totius et integrae causae X si vero in integri quartuale expeditio non duravit Compositionem et rationem cum ipsis facere.

G. Skiwski Notary

Superrecentio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capital. Bransceen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Michaelis Wojno sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia apud Gnosum Joannem Skiwski Notarium Castren. Bransceen. qui in locum officij sui Nobilem Anselmum Szablowski subdelegavit ad priorem obligationem bonorum immobilium in haereditate Wojny Lonczy consisten. per se eidem in Quinquaginta Sexagenis Polon. Coram Actis praesentibus Feria Quarta post Dominicam Invocavit Anno praesenti recognitam quam et praesentibus approbat nunc denuo Quatuor Sexagenas Polon. superaccepit et priori summae adiungit In qua quidem summa simul unita Quinquaginta Quatuor Sexagen. Polon. bona eadem in Originali inscriptione exparata tenere habere possidere modo obligatorio hinc usq ad exemptionem et summae praefatae integram exolutionem inscribit et assecurat Instrumenta ex nunc cum pacis possessione praefatum Nobilem et Nobiles duos officiose acceptandi admittendi.